

Ad undecimam domum					Ad duodecimam domum.				
Sinus cōple.		Com- plemē		Ar- cus.	Sinus cōple.		Com- plemē		Ar- cus
B	K	B	K	B—K	B	K	B	K	B—K
H. L.					H. L.				
4	59954	88	1	1 59	59891	86	33	3	27
8	59852	85	58	4 2	59560	83	3	6	57
12	59562	83	55	6 5	59009	79	34	10	26
16	59394	81	51	8 9	58231	76	3	13	57
20	59033	79	42	10 18	57225	72	30	17	30
24	58570	77	28	12 32	55983	68	55	21	5
28	57983	75	6	14 54	54501	65	17	24	43
32	57269	72	39	17 21	52770	61	35	28	25
36	56394	70	2	19 58	50781	57	49	32	11
40	55333	67	15	22 45	48539	54	0	36	0
44	54030	64	13	25 47	46023	50	5	39	55
48	52460	60	58	29 2	43245	46	7	43	53
52	50537	57	23	32 37	40190	42	3	47	57
56	48199	53	27	36 33	36867	37	55	52	5
60	45364	49	7	40 53	33284	33	42	56	18

Sinus arcus / Arcus H. L.
H. L.
64. 42950. 45. 43.

Hic ni fallor uides quàm non latuerit doctissimum uirum huius quoque extensionis ratio: & quid ipsum mouerit cur hunc duntaxat rationalem modum erexerit, infra dicetur. Est etiam uir apud Lutetiam in Gallijs, Orontius, homo multæ & diligentis lectionis, qui ædito magno uolumine, quodam in loco Regiomontanum nostrum, uere inciuiliter insectatur. Nam libro secundo capite decimo de sphaera mundi, cum de distinctionibus duodecim domorum coeli differit, hunc modum rationalem æquationis domorum coeli planè reijcit, conaturque Campani atque Gazuli modum in lucem rursus asserere, qui modus iam annos ante multos, à Regiomontano nostro iure meritissimo est improbatus. Verba Orontij sic habent: Alij uero utpote iuniores Astronomi, sola autoritate Ioannis Regiomontani Mathematici præstantissimi, potius quàm ratione ducti, Campanicam reiecerunt opinionem &c. & post paululum: Vter autem eorum saniores excogitauerit modum, hic disputare nolumus, sed tuo relinquimus arbitrio discutiendum. Si meo tamen stare uelis iudicio, à uia Campani non discedes. Hæc ille. Ego certe in animum nunquam induxi meum, ut uel uilissimos, & ab omni politioris disciplinæ alienos ne dum uiros doctos, calamo meo impeterem. Hic uero quis non patrocineretur Regiomontani manibus uerè foelicibus? Quis non indolem illam, penè dixerim diuinam, suspiciet? Quid potuerit in Astronomicis rebus, libri cum Græcè tum latine ab eo scripti, testes esse queant locupletissimi. Scripsit Problemata, scripsit Breuiarium in magnam compositionem Ptolemæi. Extant libri eius de omnimodis triangulis, & adhuc nobiscum residet scriptum Regiomontani nostri, aduersus Commentaria

Laus regiomontani
nostri.